



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Commodatvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

& damnum defunctis iniustè inferunt. Tertiò, si dusti avaritia opponunt se reformationi dictarum abbatiarum eadem ratione. Quartò, forte propter scandalum secularium, ob hoc blasphemantium, & tepeſcenſium in fide prout in diebus nostris fieri videmus, ita ut quod ad necessitatem concessum erat, ad luxuriam, & in scandalum fiat. Talis namque commenda est, ac si oues lupo quis commendet. Videant igitur hi, quomodo absolu queant.

COMMISSIO.

¹ COMMISSIO facta alicui per Papam, expresso dignitatis nomine, & facta mentione quod residet in alio loco, operatur quod talis possit cognoscere in loco residentiae, secundum Io. Ande. in ea exhibita. de ter. perm. Si autem de residentia non fiat mentio, tunc commissio intelligitur facta in loco dignitatis expressae, nec ultra illam dictecum poterit cognoscere de illa. c. statutum. §. in nullo, de rescript. in 6. & quod ibi no.

² QYANDO eligitur industria personæ, quod sit, quādo nominatur persona, tunc non potest committere: se- cūs quando eligitur industria, & no- minatur dignitas: puta dicendo. pri- ores, vel prælati. c. si. de offi. ord. & c. is eu. de offic. de leg. in 6.

³ COMMISSIO Papæ sue rescri- ptum, debet interpretari secundū ius commune, & conformari equitati se- cundum iustitiam, & saluo iure alte- riis, etiam si materia verborum nō pa- tiatur, nisi exprestè hoc expletat, ve- dicendo non obstante, &c. vel ex cer- ta scientia, vel similia, secundum Fer- der. in c. causam. de rescri. §. interpre- tatio. Et licet priuilegiis verba debeant aliquid operari, intelligitur tamen si ius hoc patiatur, nec presumitur de- rogare, nisi expletat.

COMMODATVM.

¹ COMMODATI contractus, est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuita facta concessio, secun- dum gl. in c. vii. de com. & Host. Nā si gratis non fieret, sed merces pecu-

nix interueniret, vel rei alterius gra- tia fieret, non posset dici commodatū, sed locatio, vel aliquid aliud.

² RE s mobiles, & immobiles, quæ vnu non consumuntur, locari possunt & finito tempore. Et si ante tempus reuocantur, tenetur reuocās de damno, in d.c. vni. ff. commo. I. in rebus, nisi commodans damnum simile esse passus, & commodatarius non po- terat sibi aliunde prouidere, in con- scientia non tenetur si reuocat, secus si poterat à principio sibi aliter prouidere quia tenetur.

³ QY I C V N Q Y E potest cōtrahere potest commodare. at. in I. Julianus. ff. de ac. empt. & vend. & est de iure naturali, ut res cōmodata restituatur. c. ius autē naturale. d. r. & dominū rei non transit in recipientē, secundū gl. in d.c. vii. nec cōmodatarius tenetur domino de re cōmodata, si perit sine eius culpa, vt in d.c. vii. quia res si pe- rit, perit illi cuius est. Nec etiā si dete- rioretur vtendo ad illū vsum, ad quē accepit, & sine culpa, ff. cōm. I. eū qui re, nec potest retineri ratione recōpen- sationis, pr̄texu alicuius debiti eius liquidis. l. vlt. ff. co. quāuis. P. a. conte- riū teneat. c. bona fides. de depo. & gl. in d.l. fi. vbi scilicet debitum est liqui- dum. Et si commodatarius facit ali- quam expensam notabilem necessaria- m, vt in medicinis, potest repetere à domino, nisi hoc sit ex eius culpa: se- cūs si expensa est modica. ff. co. I. in re- bus §. possunt.

⁴ SI commodatarius non potuit utj recommodata infra p̄fixum tem- pus, etiam sine culpa sua, non vorerie ultra illud tēpus uti sine licentia com- modantis, secūdum Panorm. in d.c. vii.

⁵ COMMODANS alicui rem vitio- sam scienter, & nō dices ei vitium, te- netur de damno secuto propter hoc cōmodatario, secundum glos. in d.ca. vni. non autem si dixit vitium, vel ignoranter fecit in d. l. in rebus.

⁶ SI commodator rem estimari fecit nil aliud dicens, non propter hoc tol- litur, quin si pereat, domino pereat, sed

C O M M O D A T U M .

sed certificatur de precio , si ex culpa
accipientis periret , secundum Panor.
& Ioan. Andr. in d.c.vnico : quia pa-
cium generale non obligat ad casus
fortuitos. suprà Casus fortuitus. §. 4.

7 C O M M O D A T A R I V S nō tene-
tur de casu fortuito , nisi in tribus casibus
Primò , si culpa sua accidit. Secùdo , si
interuenit pacem , quia commodans
non vultflare sub aliquo casu fortui-
to. Tertiò , si fuit in mora restituendi ,
vt in d. capit vnico. Aduertere tamen ,
quòd in conscientia , si eodem modo
apud dominum erat petitura res , non
tenetur , nisi de interesse , quòd domi-
nus passus est propter rei suæ absen-
tiæ. suprà casus fortuitus. §. 3.

8 R E C I P T I B E S rem commoda-
ti , si recipit gratia sui tantum , vt commu-
niter accepit , si res deterioretur , vel
pereat , tenetur de dolo & culpa lata ,
leui , & leuissima , in dict. capit. vnico .
quia in talibus debuit adhibere talem
curam , qualè & in rebus suis , nec hoc
sufficit si res potuit diligenter custo-
diri. ff. de actio . & obligat. l.i. de casu
autem fortuito , quam etiam diligens ,
& fidelis homo prauidere nō potuit ,
non tenetur , vt est dictum supra. §. 7 .
Si vero recipit gratia dantis tantum ,
vt si cōmodauit tibi vestes pulchras ,
vt orationis ad me venires , ad me ho-
norandum , recipiens tenetur de dolo
tantum. l.si vt certo. ff. cod. Hosti vero
addit , quòd etiam tenetur de lata cul-
pa , & hoc tene , quia lata culpa æqui-
paratur dolo. l. quòd Nervia ff. deposi-
ti , vbi dicitur , quòd lata culpa est , si
minor cura alienis rebus adhibeatur ,
quam proprijs . Si vero recepit gratia
vtriusque , tenetur de dolo , & de culpa
lata , & leui , sed non leuissima , secun-
dū gloss. in dict. l. si vt certo. §. inter-
dum . & Hosti. notat autem Panor. in
dict. cap. vnico . hoc non esse speciale
in commodato , sed generale in omnibus
contractibus. ff. de regul. iur. l. cō-
tractus . Fallit tamen in præcario , vbi
quis nō tenetur nisi de dolo , quia præ-
carium potest semper reuocari , nō au-
tem commodatum .

9 S i commodatarius rem cōmoda-

tam per nuncium temisit idoneum , &
casu fortuito res perit , non tenetur
commodatarius: in l. argentum. ff. cō-
moda . & ibi glo. Bart. in l. cum qui.
ff. cod. & idem de deposito , vt in ca-
significate . de pignor. secus quando
nuntius non est idoneus , secundum
Bart. supra & ex culpa nuntij perijt.
Si etiam fuit infidelis , & tamen repu-
tabatur fidelis communiter , non te-
nebitur , quia non fuit in culpa. in d.l.
argentum .

10 S i commodatarius vtitur re com-
modata ad alium vsum , quam acce-
perit , contra voluntatem domini , fut-
rum committit , contractando rem a-
lienam inuito domino , & si esset de re
importanti , mortaliter peccaret , vt si
ex hoc multū dominus rei dñificare-
tur , & tenetur de damno . Et si res per-
eat , vel dñificetur , tenetur: vt in d.l.
si vt certo. & ff. de furt. l. qui iumenta.
Secus quando existimabat dominum
fore contentum , & habebat verā cau-
sam hoc æstimandi , quia non tenebi-
tur. l. qui re. ff. de furt. suprà Casus
fortuitus. §. 2.

11 C O M M O D A T A R I V S qui nō
potest saluare res proprias , & accom-
modatas , potest præferre suas , etiam
viliores , accommodatis pretiosiorib-
us . quando accommodatum fuit fa-
ctum gratia accommodantis . in d.l. si
vt certo. ff. co. Si reserat eiusdem
pretiositatē , & accommodatum fuit fa-
ctum gratia recipientis , non potest
præferre suas l. in rebus. ff. cod. Si est
factum gratia vtriusque , potest cæte-
ris patibus suas præponere , quia plus
sua , quam aliena diligere debet . Quan-
do vero sit tantum gratia commoda-
tarij , potest præponere res suas di-
gniores : alijs minus dignis accommo-
dati , quia quilibet diligens , & dili-
gentissimus , hoc facere , & ipse reci-
piens ad plus non tenetur: vt supra dictum est.

12 A N commodatarius allegans res
perditas teneatur probare , vide Pan.
in c. bona fides . de depo . & Bart. in l.
li quis ex argentarijs. ff. de eden. quo-
modo autē probabit dic quòd si sunt
casus



casus aperti: ut incendiū, bellum, tempestas, &c. aperte probabitur. Si vero casus sunt occulti, probabitur per coniecturas, habito respectu ad qualitatē persona, & similiū. Si vero ex aduersitate ex casu non faciliter sine culpa. Vide Sil. ibi, in fi.

COMPENSATIO.

CO MPENSATIO importat debiti & crediti inter se contributio[n]e. l. 1. ff. de comp̄sa. quæ admittitur in omnibus, quæ in suo genere recipiunt functionem, id est, quādo una res potest fungi vice alteri^o, sicut sunt ea, quæ consistunt in numero, ponde-re, & mensura. secundum Pa. in c. bona fides. de deposito. In alijs autem cessat compensatio. Et requiritur debitū esse liquidum: vt in l. fin. C. de compen-

² A n quis æquivalens retinere possit si ad manus eius venit, vel accipere, quando suū habere non potest. infra. Furtum. §. 5. Vide Inno. in c. cū olim causam de resti. spo. & in c. dominus. 23. q. 2. In deposito tamen non potest fieri compensatio: vt suprā, Commo-datum. §. 3.

COMPOSITO.

COMPOSITO amicabilis potest interuenire etiam in spiritu- libus contractibus: vt dicit glos. in c. statuimus de trāsc. &c. nupet. de de- ci. ita tñ, quod nullum temporale pro spirituali detur, quia simoniacū esset. Si fiat compositio inter clericos super decimis in futurum solvēdis, nō excedet vitam transligētūm. c. veniens. de trāsc. & protest hiereticam sine autho-ritate superioris.

COMPROMISSIO.

COMPROMITTERE potest res quilibet quas potest alienare, seu liberè disponere: quas autē sine so-leritate nō potest disponere, etiā sine tali soleritate de illis non potest com-promittere. Facit c. cum tempore, de arbit. & Pa. ibidem. Vide in ver. Arbit-ter. §. 13. 14. Vnde prælati possunt de fructibus beneficiorum compromitte-re, sicut liberè disponere. vt not. Host. in sum.

COMMUNIO.

CO MMUNIO quia sacramentū

Eucharistia sumitur, ex parte su- ments quatuor requirit. Primo, vt ptæmissa diligenti examinatione, & contritione, credat se mundum à pecato mortali. Et sine peccati mortalis cogniti constitutione communicans, mortaliter peccat, quia indignè sumit & sic reus corporis, & sanguinis Chri-sti, secundum Apostolum, efficitur. Sine confessione autem, si rationabi-lis causa est non confitendi, excusatetur communicans, quia præceptum de confessione præmittenda communica-tionis non est de iure diuino, nec positi-uo, cùm nullibi inueniatur, nisi sa-mel in anno. Si autem commoditas confitendi adest, & habens conscientiam peccati mortalis, differre vult confessionem & communicare cum alijs, vel celebrare, peccare videtur valde grauiter, quia minus dignè vo-luntarius accedit, circa tamen morta-le, propter rationem tactam: secun-dum Caet. ibi. Alij autem videntur tenere oppositum quasi omnes, & præcipue Thom. 4. sent. distinct. 17. q. 3. a. 1. q. 1. 4. & hæc opinio est secun-dior.

² SECUNDО, requiritur quod cōmu-nicans sit ieonus, ieonus non ecclē-siae tantū, sed naturæ, videlicet, quod à media nocte nihil sumperit per modum cibi, vel potus, & ab omni-bus, quæ per os sumuntur, etiam me-dicinalibus, ita quod scienter, & ad-vertenter, non ieonus, hoc modo communicans (exceptio mortis articulo) mortaliter peccat, vi communi-ter tenetur: secundum Caet. ibi. & in c. liquidō, de conse. dist. 2.

³ TERTIO, requiritur tempus. In Pa-schate omnes tenentur communio-nem sumere: vt in c. omnis. de pen. & re. per octo dies ante, & per octo post secundum determinationem Euge.

⁴ aliter mortaliter peccant, nisi ratio-nabiliter differatur de consilio sacer-dotis. Requiritur & debita artas in communione: vt in d. o. omnis. vide-licet anni discretionis, quæ tamen di-

h scetis

